THORNTON LE STREET ZIQ

No. 13. — 8 May A.D. 1319. 12. Edw. 2nd — Thornton le Street

No. 13

Inter Nicholaum vicarium de Thornton in strata ex parte vna et Thomam de Otrington ex altera ita convenit videlicet quod dictus
Thomas concessit et dimisit dicto Nicholao vnam perticam terre arabilis iacentis in culturam que fuit Johannis de Thornton videlicet a cami
no eiusdem ville usque quendam fossatum ipsius culture qui vocatur le Westerfalle et etiam vnam acram prati iacentis in pratis
quos fuit predicti Johannis iuxta Northkilington ex parte occidentali de Coteberk. Tenendum et habendum dictam terram et pratum cum co
munia pasture et cum omnibus suis pertinenciis dicto Nicholao heredibus seu assignatis suis a festo sancti Michaelis Archangeli anno gracie millesimo
ccc. decimo nono usque ad finem decem annorum extunc sequencium plenarie completorum. Reddendo inde per annum dicto Thome heredibus seu
assignatis suis vnam marcam argenti ad festa Pentecostes et sancti Martini in hieme per equales porciones pro omnibus serviciis et deman
dis incipiente primo termino solucionis predicte ad festum Pentecoste anno gracie millesimo ccc. vicesimo. Et dictus Thomas heredes sui seu sui assignati
dictam terram et pratum cum communi pastura et cum omnibus suis pertinenciis dicto Nicholao heredibus seu assignatis ipsius contra dominum Episcopum Dunelmensem et
omnes alios de firmis inde debitis et de omnibus aliis consuetudinibus et demandis que inde exigi poterint usque ad finem dicti termini
warantizabunt acquietabunt et defendent. In cuius rei testimonium partes predicte presentibus indenturis sigilla sua alternatim apposuerunt.
Hiis testibus Johanne de Thornton, Hugone de [illegible], Ranulpho de Kilington, Roberto filio Andree, Henrico [illegible]
et aliis. Datum apud Thornton in strata die Mercurii proxima post festum sancti Johannis Beverlaci anno gracie millesimo ccc. decimo
nono. Et regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi duodecimo. 8 May 1319. — 12. Edw. 2nd

Thomas de Ottrington to Nicholas Vicar of Thornton le Street — Lease of Lands in Thornton le Street, for 10 years — Rent a Mark of Silver.

Indre Between Nicholas Vicar of Thornton le Street of the one part and Thomas de Ottrington, of the other part

Whereby the said Thomas granted a Lease for Ten Years of Lands in Thornton near to North Kilington on the West side of Cotebeck

Rent one Mark of Silver

0406

Thornton 13 Latin

1. Inter Nicholaum vicarium de Thornetona in Strata ex parte una et Thomam de Oteringtona ex altera ita convenit videlicet quod dictus
2. Thomas concessit et dimisit dicto Nicholao unam peciam terre arabilis iacentis in cultura que fuit Johannis de Thornetona videlicet a cimi-
3. -terio eiusdem ville usque quoddam fossatum versus Australem qui vocatur le Waterfalle Ac eciam unam acram prati iacentis in prato
4. quod fuit predicti Johannis iuxta Northkilvingtonam ex parte occidentali de cotebeck. Tenenda et habenda dictam terram et pratum cum co-
5. –mmunia pastura et cum omnibus suis pertinenciis dicto Nicholao heredibus seu assignatis suis A festo sancti Michaelis Archangeli. Anno gracie millesimo
6. CCC decimo nono usque ad terminum decem annorum proximorum sequentum plenarie completorum Reddendo inde per annum dicto Thome heredibus seu
7. assignatis suis unam marcam Argenti ad festa Pentecoste et sancti martini in hieme per equales porciones pro omnibus serviciis et deman-
8. –dis Incipiente primo termino solucionis predicte ad festum Pentecoste Anno gracie millesimo CCC vicesimo Et dictus Thomas heredes sui seu sui assignati
9. dictam terram et pratum cum communia pastura et cum omnibus suis partinenciis dicto Nicholao heredibus seu assignatis versus dominum Episcopum Dunelmensem et
10. omnes alios de firmis inde debitis et de omnibus aliis consuetudinibus et serviciis que inde exigeri potuerunt usque ad finem termini predicti
11. warrantizabunt acquietabunt et defendent. In cuius rei testimonium partes predicte presentibus indenturis sigilla sua alternatim apposuerunt
12. hiis testibus Johanne de thorntona Hugone de Brayewath Ranulpho de kilvingtona Roberto fairandgod henrico paletis
13. et aliis. Datum apud Thorntonam in Strata Die mercurii proxima post festum sancti Johannis Beverlaci. Anno gracie millesimo CCC decimo
14. Nono. Et regni regis Edwardi filii Regis Edwardi duo decimo

+

Thornton 13 English

1. Nicholas vicar of Thornton in Strata on the one part and Thomas of Oterington on the other Thus it is agreed namely that the said
2. Thomas granted and leased to the said Nicholas a piece of arable land lying in in the cultivation that was of John of Thornton namely from the churchyard
3. of the same town as far as a certain ditch towards the south which is called The Waterfall. And also an acre of meadow lying in the meadow
4. which was of the aforesaid John next to Northkilvington from the west part of Cotebeck (Cod Beck now). Holding and having the said land and meadow with common
5. pasture and with all its appurtenances to the said Nicholas to his heirs or his assigns. From the feast of St. Michael the Archangel in the year of grace 1319
6. until the term of the ten years next following fully completed. Rendering thence per year to the said Thomas his heirs or
7. assigns one mark of silver at the feasts of Pentecost and St Martin in winter by equal portions for all services and demands
8. beginning from the first term of the aforesaid payment at the feast of Pentecost in the year of grace 1320 and the said Thomas his heirs or his assigns
9. will warrant (line 11) will acquit and will defend the said land and meadow with the common pasture and all its appurtenances to the said Nicholas his heirs or assigns towards the lord bishop of Durham and
10. all others concerning farms (i.e. rents) thence owed and concerning all other customs and services which thence might be able to be required up to the end of the aforesaid term
11. In witness of which matter the aforesaid parties have affixed their seals to the present indentures alternately
12. with these witnesses John of Thornton, Hugh of Brayewath, Ranulf of Kilvington, Robert Fairandgod, Henry Paletis
13. and others. Given at Thornton in Strata on the Wednesday next after the feast of St. John of Beverley in the year of grace 1319
14. and the 12th year of the reign of Edward the King son of Edward the King.